fol. 78 p. III

1142) et sese alta voce esse iam per omnia victos clamantes. Quid igitur? Dux Wladizlaus) et fratres eius, quod inter tam perfidos homines facere possunt, faciunt. Exercitus ipsius Conradi ut leones fortiter irruunt et sic per medium hostiles exercitus eos viriliter cedentes transeunt et plurimis ex parte sua amissis et plurimis ex adversa parte occisis[1] cum suis, qui secum remanserant, et cum domno Heinrico, episcopo Moraviensi, sibi fidelissimo, Pragam redeunt. Nec mirum, hoc etenim varius belli eventus exposcit. (cf. 2. Reg. 11,25) Ibi quantam fidem erga ducem, dominum suum, comes Velizlao habuerit, et comes Casta et comes Smilo cum filiis suis et Ben[2] (Bêu) ceterique nobiles, alii morte, alii autem sanguinis effusione pugnando pro patria ostenderunt. Dux itaque Wladizlaus) firmata predicta civitate (übergeschrieben P) fratrem quoque suum Thebaldum in ea cum domna Gertrude, uxore sua, cui maxime in hoc articulo confidebat, cum quibusdam militibus valde bellicosis pro tuenda civitate et principali throno, quodam saxo,[3] quod etiam nunc in medio (imedio P)

1) Auf der Seite der Besiegten fiel Nacerat (s. oben S. 7). Can. Wiss. zu 1142, S. 147.

2) Smil und Ben werden auch von Can. Wiss. a. a. O. als hervorragende Heerführer genannt.

3) Vgl. Cosmas I, 50 (Bretholz S. 157); dazu Joseph Cibulka, Český řád korunovační a jeho původ (Die böhmische Krönungsordnung und ihr Ursprung) in: Knihovna časopisu katol. duchovenstva, Nova řada 1. Zuletzt Wostry in: Zs. f. Gesch. d. Sudetenländer 6, 1942/43 (Festschrift H. Wagner) S. 172. Vgl. auch oben S. 4.